

The contributions are divided into the two subcategories "Contextualisation" (part one) and "Literarisation: 'from stone to book'" (part two). The first part concentrates on such aspects as the dialogue between the epigram and the audience, the spatial context, the religious context, the historical and political context, and the reception of the epigrammatic subgenera.

In the beginning of part 1, the articles of T. A. Schmitz, M. A. Tueller and G. Vestrheim discuss the speakers and the addressee(s) of the epigrams. Understanding the voices of the early monumental texts, especially the sepulchral epigrams, helps us to understand the voices and the play with the voices in the later epigram tradition as well. The articles by B. E. Borg, C. M. Keesling and K. Lorenz illustrate the visual aspects and context of the epigrams from particular texts (e.g. *CEG* 256 discussed by Keesling) to *kouroi* with epigrams (Lorenz) and the epigram and archaic art (Borg).

The aspect of performance and the early history of the epigrams, discussed by W. D. Furley and C. Trümper – as well as the first three writers of the book to a certain extent – are important in illustrating the early epigrams: they were not only, or not necessarily primarily, *texts*, but part of a ritual. Hence the context, both social and spatial, is highly important in interpreting these texts.

The public context is further discussed in the articles of C. Higbie and A. Petrovic, and epigrammatic subgenera and their rise in the articles of K. Gutzwiller and R. Wachter. Especially Wachter's article also sheds light on the reception of the early epigram.

The shorter second part of the book concentrates on the literarisation process of the epigram: on intertextuality and variation, and ephrasis and narration. Articles in this second part demonstrate that many of the literary aspects known in the Hellenistic epigram began to develop in the earlier tradition. Language, variation, themes and interpretation are discussed in the articles of R. Hunter and M. Fantuzzi, narration by E. Bowie and ephrasis by J. S. Bruss.

As becomes clear already from the structure of the book, the seventeen contributions discuss both the context and the content of the pre-Hellenistic epigram, analysing it both as a social and as a literary phenomenon.

Greek passages are provided with English translations, and the photos illustrate the points the articles are making. The expertise of the authors makes this book a remarkably enjoyable read, and essential for anyone wishing to study the early epigrams and/or to further understand the later epigram tradition.

*Saara Kauppinen*

*Corpus inscriptionum Latinarum. Consilio et auctoritate Academiae Scientiarum Berolinensis et Brandenburgensis editum. Vol. II, editio altera: Inscriptiones Hispaniae Latinae. Pars XIV: Conventus Tarraconensis. Fasciculus tertius: Colonia Iulia urbs triumphalis Tarraco. Edidit G. ALFÖLDY†. Walter de Gruyter, Berlin 2012. CXXXIV-CLXXXVI, pp. 473-798. ISBN 978-3-11-026597-2. EUR 199.95.*

Editionis huius pars XIV destinata est edendis titulis repertis in conventu Hispaniae Citerioris Tarraconensi. Pars haec divisa est in fasciculos plures, quorum primus, continens titulos partis meridionalis eiusdem conventus, editus est a. 1995, secundus, continens ipsius coloniae Tarraconensis titulos imperatorum, senatorum, hominum ordinis equestris, militum, officialium minorum, item

titulos pertinentes ad ipsam provinciam, a. 2011; neque multo post editus est a. 2012 fasciculus hic partis XIV tertius, sed titulorum Tarraconensium secundus, de quo verba quaedam facere mihi hoc loco in animo est.

Tituli Tarraconenses in hac editione quamvis sibi iam vindicaverint paginas fere octingentas, noli putare editionem titulorum Tarraconensium hoc fasciculo iam esse adductam ad finem. Desunt etiamnum enim tituli multi, ut apparet vel ex eo, quod in hoc fasciculo, de quo hic est sermo et cuius titulus ultimus est n. 1890, iam laudantur tituli 2211 (ad n. 1611) et 2260 (ad n. 2260). Tituli hi incipientes a n. 1891, destinati sine dubio fasciculo titulorum Tarraconensium tertio, videntur pertinere ad agrum Tarraconensem, qui fuit sane magnus (de 4400 km<sup>2</sup> loquitur D. Gorostidi Pi, *Ager Tarraconensis 3. Les inscriptions romanes* [Tarragona 2010] p. 15). Cum iam habeant numerum suum, videtur posse concludi etiam hunc fasciculum tertium si non absolutum, at certe incohatum esse, sine dubio ab ipso G. Alföldy. Idem Alföldy autem cum a. 2011 mortem obierit, quaerendum est, fasciculus hic tertius qui etiamnum deest quomodo et a quo et quando possit ad finem adduci. In hoc tamen fasciculo Tarraconensi secundo de hac re nullam notitiam invenies; caret enim praefatione.

Ut supra dixi, fasciculus titulorum ipsius coloniae Tarraconensis primus – totius conventus secundus – continet titulos pertinentes sive ad rem publicam Romanam sive ad provinciam Hispaniam Citeriorem. Hic autem fasciculus secundus, incipiens a titulo n. 1200, continet titulos pertinentes ad ipsam rem publicam, id est titulos magistratuum, etc. (n. 1200-1236); titulos sevirovum Augustalium etc. (n. 1237-1267); et titulos collegiorum et officiorum privatorum (n. 1268-1291). Sequuntur titulus "a civitate externa positus, tituli hominum, cuius origo vel patria indicatur, tituli virorum tribui alicui inscriptorum" (n. 1292-1317); tituli "ex formis monumentorum notabiliores" (n. 1318-1362; significantur e. g. tituli operum publicorum); tituli possessorum sedium in schola collegii fabrum et in theatro et in amphitheatro collocatarum (n. 1363-1432); et tituli denique "sepulcrales communes" (n. 1433-1890), inter quos sunt multa fragmenta (n. 1814sq.).

Idem G. Alföldy cum iam a. 1975 ediderit titulos Tarraconenses in libro qui inscribitur *Die römischen Inschriften von Tarraco (RIT)* quaeri potest, haec editio num contineat novos titulos aut alia quaedam nova. Hoc quaerenti respondi potest inveniri multa nova in hac editione, in qua continentur non solum tituli post a. 1975 reperti (e. g. 1333, 1365sq., 1435, 1493, 1496, 1534, 1684a et saepius inter fragmenta, 1823, 1824, 1832, etc.), sed etiam tituli multi in *RIT* editi, quorum lectio vel interpretatio iam ab ipso Alföldy quodam modo correcta est (tituli, quorum lectio correcta est, in tabellis synopticis p. 795sq. reperiuntur notati asterisco).

Liber hic scriptus est a homine rerum epigraphicarum peritissimo; sequitur (ut omnibus hunc librum in manibus habentibus manifestum est), ut tam lectio – observavi tamen *Porcia* pro eo quod in titulo legitur, *Porc(ia)*, in n. 1539 – titulorum quam eorundem explicatio pro exemplo haberi possint; ita hic liber satis laudari non videtur posse. At haec cum scribam non modo eo consilio, ut laudem scriptorem libri, sed etiam ut notem quaedam, quae mihi videntur esse dicta aut minus recte aut certe quodam modo imprudenter, liceat mihi proponere observationes eas quae sequuntur. N. 1276: "Cognomen Canillae ... clare ex cognomine Cani ... derivatum est"; at *Canilla* potest derivari etiam a nomine *Canius* (cf. *Livius* ~ *Livilla*, *Urgulanius* ~ *Urgulanilla*, etc.). – 1294: Nescio an propter cognomen *Maxentii*, quod non putaverim reperiri ante Severos, titulus attribuendus sit saec. III potius quam II. – 1342: Ad signum *Proserii* illustrandum laudari potest etiam Pontius Proserius Paulinus consularis Campaniae a. 409 (*PLRE* II Paulinus 16), in cuius nominibus nomen *Proserii*,

quod sine dubio olim fuit signum, insertum est inter nomen gentilicium et cognomen (cf. e. g. *Virius Audentius Aemilianus*, PLRE I Aemilianus 4). – 1477: Verba *O crudele funus! Qui nunc attingit mihi renovatus o dolor!* non possunt verti "Ach, welch grausames Begräbnis, das mich nun erneut traf", cum pronomen *qui* referendum sit non ad *funus* sed ad verba quae sequuntur *renovatus ... – o! – dolor.* – 1656sq.: Addi potuerat Numerios Publilios plures inveniri Romae (*CIL* VI 5282, 12939, 20504, 22095, 25169, 25180, 25190, 25198). – 1661: Nomen gentilicium *Rubena* non video cur sit corrigendum in *Ruben[i]a*, cum habeo rationem nominum *Alfenus/Alfenius*, *Passenus/Passenius*, *Volusenus/Volusenius*, etc. – 1678: Nomina cum scripta sint casu genitivo, nescio an legendum sit *tutor(is) optim(i) b(ene) m(erentis)* potius quam *tutor(i)* etc. – 1684a: Titulum hunc omnino ineditum ita legit Alföldy: *C. Tettius C. [f. --- ] / Herennul[us --- ]*, at cognomen *Herennuli* cum alibi non inveniatur videndum, an hic titulus intellegi possit ita, ut in versu secundo mentio fiat non cognominis sed *Herennuleiae* cuiusdam, fortasse coniugis eiusdem Tettii. Nomen *Herennuleii* in Hispania invenitur certe Barcinone (*CIL* II 4572 = *IRC* IV 173). – 1701: Vocabulum *exornando* in *Saturninus ... tumulo exornando curavit* (quae locutio mihi videtur esse valde notabilis) fortasse corrigendum est in *exornandum* (scil. Rogatum eum, cui hic titulus positus est). – 1703: Ego certe non dixerim nomen *Varaei* idem esse ac nomen notum *Varii*; neque *Annaeos* eosdem esse ac *Annios* putare velim. De forma *Varaeia* cf. *Peducaei* in titulo *CIL* II<sup>2</sup> 5, 743.

Liber totus scriptus est lingua Latina satis eleganti et quae facile intelligatur. Observavi tamen etiam quaedam quae mihi minus Latine dicta esse videbantur. Ut exempla quaedam proferam, nota haec: 1207: Verba *mihi re ... contemplata ... videtur* etc. mihi minus bene videntur esse dicta ideo, quod *contemplari* est verbum deponens. – 1303: "Recognovi a. 1985 et interdum inter reposita ... collocatam ... a. 1998": hic Alföldy videtur uti vocabulo *interdum* pro "inzwischen", id quod non putaverim esse probandum. – 1360: "ubi corona incipitur" (pro *incipit*). – 1419: "nescio, qua causa scripsit" (pro *scripserit*). – 1660: "(titulus) Tarraconis paganus postremus" (melius fuisset *inter Tarraconenses*). Typographo potius quam ipsi Alföldy attribuenda sine dubio sunt 1360 "in ea altitudine ... ad undum (= ?) recipiendum" vel 1587 "Litt(eram) T altera omisit" et similia.

At haec quae supra dixi omnia sunt minoris, nisi minimi, momenti, et, ut iam finem faciam huic censurae, concludendum sine dubio est agi de libro non optimo solum sed etiam utilissimo, qui honori erit tam memoriae ipsius Alföldy quam Academiae Berolinensi, cuius "consilio et auctoritate" editus est.

Olli Salomies

*Ancient Ethnography: New Approaches.* Edited by ERAN ALMAGOR – JOSEPH SKINNER. Bloomsbury, London – New York 2013. ISBN 978-1-84966-890-3. VIII, 279 pp. GBP 58.

This rich and inspiring new collection of articles, counting among its contributors the foremost scholars on ancient ethnographical writing, is a timely demonstration of the state of research in a field which is not only naturally diverse in subject matter, but also undergoing some very significant realignments. Aptly, the editors' compact but incisive "Introduction" is well annotated and forms a valuable introduction to the study of ancient ethnography (pp. 3–12). Even more importantly, the book is true to its title in calling into question many of the received wisdoms of previous scholarship,